

- 94 Ebricitas, qui durante ebrietate, hominem occidit, an efficiatur irregularis? cum num. seqq.
- 95 Furiosus, etiam sua culpa, occidendo alterum durante furore, non efficiatur irregularis.
- 96 Dormiens occidens hominem, qui in vigilia valde iratus erat contra illum, non efficiatur irregularis.
- 97 Causa occisionis ad hoc, ut operetur irregularitatem, oportet esse propinquam & immediatam.
- 98 Homicidio ab ebrio commissio, tres alius considerantur: primus, ipsa potio: secundus, ebrietas: tertius, hominis occisio: in primum ferit voluntas directe, in secundum indirecte, & per accidens, in tertium neque per se, neque per accidens.
- 99 Secundum Diuum Ambrosium apud sapientes iudicis venia datur his, qui per vinum deliquerunt, & de se lenitate illos damnari dicit.
- 100 Cap. inebriauerunt, 15. quast. 1. intellectus.
- 101 Quis non sunt voluntaria per se & ratione sua, sed per accidens ratione sua causa, non sumunt illam bonitatis aut malitiae dominationem, qua illis conueniret, si essent in se ipsi voluntaria, sed illam, qua conuenit causis in qua dicuntur esse voluta.
- 102 Furiosus aut ebrius, quamuis sit sua culpa vsuratio- nis priuatis, non potest nouam culpam committere, sed circumstantiam, qua aggravat ebrietatem aut furia peccatum.
- 103 Inebrians se confuso, ut hominem occideret, si ipsum occidat, est irregularis.
- 104 Ebrius si consueuerit in ebrietate arma sumere & homines offendere, erit irregularis, si aliquem occiderit.
- 105 Ebrius absque sua culpa, sed dolo alterius, non erit irregularis, si alium occiderit.
- 106 Ebrius matrimonium contrahere non potest, si ebrietas illum consensum impedit.
- 107 Furiosus matrimonium contrahere non potest, & si de facto contrahatur, erit nullum ob defectum consensu.
- 108 Ebrius testis esse non potest, neque facere testamentum.
- 109 Ebrius contrahere non potest, etiam cum iuramento in sui prauidicium, & contrahens cum eo, quem inebriauerat in praedio, ad quod eum inebriauerat, dolo dicitur contraxisse, ut in num. 111.
- 110 Superiora sunt intelligenda in penitus ebrio, secus alias in parum ebrio.
- 111 Nemo presumitur ebrius, nisi probetur: probatio tamen ebrietatis difficilis est, & ideo non creditur testi deponenti super ebrietate, nisi assignet concludentem rationem, etiam non interrogatus, ut in n. 114.

CAPVT IV.

De ebrietate prohibita, praecipue clericis, deque eorum poenis, & de vino plura differuntur.

- 1 IN + diuini literis maxime detestatum inuenitur crimen ebrietatis, quia ipsa omnium vitiolorum fomes ac nutritrix est, cap. 35. distinct. Habetur + etiam Ecclesiast. 31. quod multum & immoderatum vinum bibere, multorum malorum causa est. Noe + siquidem inebriatus vino, denudatus est, & Genes. cap. 9. Loth etiam + inebriatus inebriatum cum filiabus commisit, Genes. cap. 19. & Levit. 10. dixit Dominus ad Aaron: Vinum + & omnes, quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini. Amnon + in conuiuium Abialon tumultuosus vino, eo quod violasset Thamar sororem suam, occisus fuit, 2. Reg. cap. 13. Holofernes + bibit multum vinum, & Iudith ipsum interfecit, Iudith 13. Ptolemaeus + con-

uuium fecit Summo Sacerdoti ac duobus filiis eius, & cum inebriatis essent, occidit eos, lib. 1. Machab. cap. 16. Operarius + ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decedit. Vinum + & mulier apostata- re faciunt sapientes, Eccles. 19. Quare + exiit Apostolus 11 Pauli verissima atque infallibilis sententia: Quod neque fornicarij, nec idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, nec auari, nec adulteri, nec ebriosi regnum Dei possidebunt. Ex quibus, cum inter tam graui delicta ebrietatis annumeretur, facile perpenditur, quanta sit eius grauitas: de qua agit Cardin. de Turrecrem. in cap. sexto die. & in cap. sequenti, 35. distinct. Et + in huius criminis detestationem Aposto- 12 lus Paulus inquit ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, cap. 1. in cap. 1. in cap. 1. cuius meminit gloss. in l. qua adulterium, verbis in tempore, & de adult. & + Prouerb. 20. habetur: Luxuriosus res vinum, & tumultuosa ebrietatis, quicumque his delectatur, non erit sapiens. Rufus, cap. 23. cui va? cuius patri va? cui iuxta: 14 cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffocatio colorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis: & + Ecclesiast. 31. Sanitas est anima + & corporis sobrius potus: & vinum multum potatum, irritatione & iram & rinas multas facit. Sic + 1. Reg. 16 cap. 25. legimus de Nabal Carmelo, qui erat vir durus & pessimus & malitiosus, quod cum vxor eius Abigail venisset ad eum (post placatum David) inquit Scriptura; Et ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuium Regis, & cor Nabal incundum, erat enim ebrius nimis. Philolophus + etiam lib. problem. 30. cap. 1. scribit: Vinum cupiditatem Veneris in primis accendere posse: & Diodor. Sicul. lib. 5. biobio. Qui vino indulgent, sunt ad Ventrem promiores. & + Homer. lib. 6. Iliad. inquit, potum maxime noxium esse & corpori & anima: vir inebriatus vacillat. Ideo Num. 6. praecipuum erat, ut quicumque votum fecerit Domino, a vino abstinere. Alia in detestationem huius criminis refert in proposito S. Thom. 2. 2. quast. 147. art. 8. in responsione ad primum, & Egid. Regman de regim. principat. par. 2. cap. 12.

Vinum + etiam non moderate sumptum detegit ar- 19 cana: vnde Horat. lib. 1. epist. Quid non ebrietas designat? operis recludit, Spes inebrietas raras in praelia tradit inermem. Sed + praecipue de hac re videndum est beatus August. 20 in serm. de ebrietate, qui inter sua opera impressus habetur, & Ildor. in tract. de summo bono, l. 2. cap. 43. de ebrietate, & Sanctus Ambrosius Episcopus in lib. de Helio & ieiunio. cap. 9. exiitque elegantissima & mirabilis homilia Basilij in 1. serm. homil. 14. de ebriet. & lux. & ex nostris plurima in proposito ex diuersis auctoribus cumulant Tiraquel. lib. 9. conuivial. n. 153. & Petrus Placa in epis. de delict. lib. 1. & 30. per tot. vbi quot. quantaque mala ex ebrietate & crapula emanauerint. Interim + videnda est 21 l. 3. 6. art. 5. par. 1. cuius pulchra verba hic inferere libuit, quae sunt huiusmodi: *Adseruado deue ser a quel que eligieron por alguno de los perlados mayores, en comer en beber, en guardarse de comer mucho ademas, e beber de manera que torne en beoer: porque este es vino de los mas esvriados pecados que en el pueden ser: ca por el desonore que a Dios y a si mismo, e a todas las otras cosas ay son, mas ayua que por otro: ca segun dixeró los sabios antiguos, el vino es carrea que aduce a los amos a todos los pecados: e por ende la primera cosa de que el perlado deue ser vedado es eson: ca derecho es que el que a de dar consilio a muchos que siempre ay a sus eses apercebido. Desumpit hoc lex haec Regia ex 35. dist. per tot. & ex epist. 1. B. Paul. ad Timoth. cap. 3. ibi: Non vinolentus, & Nedum + solos masculos hoc vitium ac crimen ebrietatis contigit, sed & etiam feminas: Hae siquidem sunt huic bibaciaris vitio ex morte & sexus natura admodum obnoxiae, vti ex Comi-*

cis constat, item & ex Manruano eclog. 4. & alius. Quare beatus + Paulus Apostolus 1 ad Timoth. 2. mulieres sobrias esse praecipit: & + ad Titum cap. 2. ne anus multo 23 vino feruiat: & + inquit Chrysof. in Matth. homil. 16. & eorum, quae sunt ad populum, Antioch. de rebus diuers. 24 homil. 71. nihil esse turpius ebriosa muliere, + & Diuus Hieron. in reg. sancti non. ad Eusebium, cap. 3. 6. facile- 25 gium esse, ut pote detestabile in femina: + & apud Ec- clesiastic. scriptum est cap. 29. Mulier ebriosa ira magna & contumelia: & cupiditudo eius minime tegitur: & lege Romuli vxor adultera & bibens vinum, aequipantur, ex Balduino ad leges Romuli. l. 6. refert Connanus lib. 1. comment. 1. 2. item. 1. 4.

27 Qua + occasione antiquius lata lex fuit, ac vsu receptum apud plebsque populos, ut vini vsus esset interdicitus feminis, sicuti apud Romanos obseruatum fuisse commemorat Dionysius Halicarnass. lib. 2. Polib. lib. 6. Marcus Cato in orat. pro dote, Tullius lib. 3. de natura Deorum, & lib. 3. de Reipubl. Valer. Maxim. de fast. antiq. Plinius lib. 14. cap. 13. aliiq. plures & scribit Blondus lib. 5. triumphat. Rom. de legibus instrumentum dotale ante annos plus minus 300. apud Romanos vsu receptum esse, cum patri puella: sponsum promittebat, quoties peperisset, vinum illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendum daret: eisdem de Medici consilio quamuis aegrotasset: insuper omni festo solemni vni- 28 co potu illum oblectaret: Idque maxime Reipublicae conuenit, ut feminae abstemiae sint: Si quidem + omnis mulier violenta, eadem quoque mater est, vti in hac specie existimat Diuus Chrysof. enarrans illud Matth. 29 cap. 1. cum esset desponsata Maria, &c. Hinc + est, quod mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate & vitiis intemperantiae sunt podagrae obnoxiae, ut existimat Hippocrat. lib. 8. aphorif. cap. 29. & luculeater Galen. in enarrat. eiusdem aphorif. 29.

30 Illud + autem hic oportune est videndum: An ebrietatis voluntaria peccatum mortale sit, an veniale? Et primo videtur, quod ebrietatis, nisi assidua sit, peccatum mortale minime sit, ut in capit. vnum orarium. Quasi ea de- num, in vers. & quamuis Apostolus 1 ibi: Et ebrietatis si assidua sit in eorum numero computatur (scilicet capitalium) 2 5. dist. & ibi gloss. verbo, ebrietatis, & in reuicinis hoc tenet per tex. ibi dicens, esse ad hoc tenendum, Abb. in cap. 1. de crapula, n. 2. de vita & honest. cleric. & Felin. in cap. si constituerit, n. 3. de accusat. & colligit duodecim fundamenta Maior in 4. distinct. 15. quast. 8. ad probandum, quod ebrius non peccat in eo, quod facit, dum manet sibi iudicium: & hanc testatur communem alios referens additior. Villadig. de irregul. cap. 6. num. 55.

Sed in hoc vera, clara & communis Theologorum ac nostrorum doctrina est, quod ebrietatis voluntaria peccatum mortale simpliciter sit, nempe, quando aliquis bene aduertit, potum esse immoderatum & inebriantem, & tamen magis vult inebrietatem incurtere, quam a potu abstinere, quia secundum hoc, homo volens & sciens praeter se (intellige sine causa rationabili) vsu rationis, quo secundum virtutem operatur & peccata declinat, & sic peccat mortaliter periculo peccandi se committens: si autem quis nesciens potum esse immoderatum, & inebriate potentem, se inebriauerit, potest non peccare, veluti si debitam adhibuerit diligentiam ad cauendum, alias peccabit venialiter: si vero peccipiens, potum esse immoderatum, non tamen credit potum inebriate potentem, inebietur, peccabit venialiter, ut in d. cap. vnum orarium. Quasi, dum dicit: Quis in aliquo in cibo aut potu nisi accipit, quam necessitas est, ad nutum peccata nonne pertinere: Peccata autem minime dicuntur venialia: Ergo quod caussatur ex immoderato potu, est peccatum veniale. Hoc verum est, nisi ebrietatis sit assidua, tunc enim esset peccatum mor-

tale, ut in d. text. non propter solam iterationem actus quia multiplicatio actuum venialium non facit mortale, sed quia non potest esse, quod homo assidue inebrietur, quin sciens & volens, vel notabiliter negligens in sciendo & cauendo ebrietatem incurat, dum multoties experitur fortitudinem vini & suam habitatem ad ebrietatem: ita in effectu resoluit S. Thom. 2. 2. quast. 150. art. 1. & 2. & ibi Caiet. optime cum defendit, quem sequitur Greg. Lop. ind. l. 36. tit. 5. in gloss. estramis peccados, par. 1. & colligitur ex gloss. d. salus, verb. ebrietatis, & ibi communiter Dd. & in cap. a crapula, de vita & honest. cleric. & est communis secundum Anan. in d. cap. si constituerit, num. 3. & 9. de accusat. dicentem, quod simplex ebrietatis sit peccatum veniale, sed sit mortale, si ebrietatis sit studiose vel frequenter: sequuntur Summitta; praecipue Angel. Syluest. & Armilla, verbo, ebrietatis, vbi etiam, quod si ebrietatis sit non propter detestationem, sed ratione medicinae, excusatur & non est mortalis, & excusatur etiam a peccatis ex tali ebrietate prouenientibus, nisi talia sint praevia, & non prouisa: Nam talis sciens suam conditionem, debet providere, ne possit talia committere: quando erit ebrius; sed quando ebrietatis est culpabilis, non excusatur a peccatis frequentibus, licet ea aliquoties alleuet, dat enim operam rei illicitae, ideo sibi imputantur mala sequentia. Addit + Syluest. quod 31 quando quis non inebriatur totaliter, quia scit quid facit, licet sit valde grauius, si hoc scienter & ipse facit sine causa, tractus dulcedine vini, non videtur aut vsu videtur excusari a mortali, quia notabiliter laedit vsu rationis sine causa & cum periculo peccandi: sed si hoc facit ex causa, ratione sanitate, est veniale, vel nullum, etiam si frequenter contingat, ut ipse Syluest. ibi credit. Intellige tamen, ut praediximus, prouidendo peccata praevia, ex ea ebrietate prouenientia: & hoc venius videtur, quam quod tenet Armilla ibi supra, num. 2. nempe, quod ebrietatis non plena, ut cum quis est bene confortatus, & sibi videtur, quod domus mouetur, quando est voluntaria, non est mortalis, licet sit graue peccatum; citra tamen mortale, quia ratio non obambatur, hocque; de dicitur ex mente S. Thom. ibi supra. Postunt tamen hi duo Summitta in hoc concordari, ut idem in hac specie sentiant, secundum magis aut minus, ut constat ex verbis ipsorum. Syluester enim loquitur in valde grauius, licet non inebriatur totaliter, quem dicit vsu excusandum a mortali, quia notabiliter laedit vsu rationis sine causa & cum periculo peccandi: Armilla vero agit in ebrietate non plena, ut cum quis est bene confortatus, & sibi videtur, quod domus mouetur, vnde si hoc non laedit notabiliter vsu rationis, poterit a mortali excusari, licet alias grauius peccet, secus vero si notabiliter laedit vsu rationis, quia tunc vix poterit a peccato mortali excusari, secundum Syluest. ibi supra.

Hae + tamen omnia de immodico vino, & sic de 32 ebrietate, quae vitium sonat atque delictum, intelligenda sunt: secus vero de vsu modici vini, quoniam est vinum immodice sumptum multum nocet, ut vidimus, moderate tamen potatum plurimas corpori praestae utilitates, & ideo Eccles. 31. dicitur, + Exultatio animae 33 & corporis vinum moderate potatum: sanitas est anima & corporis sobrius potus. Praeterea + si vinum malum esset 34 ex sua natura, Saluator noster Ioan. 2. non vertisset aquam in vinum bonum, neque initium signorum illius fuisse vinum ex aqua factum: Nec si non liceret bibere vinum, idem Dominus praecipisset ministrantibus in conuiuium nuptiarum, ut ferrent vinum Archimielino: & + tursus Marth. 26. Marc. 14. Luc. 22. idem 35 met Saluator cum discipulis cenans, accepit calicem, & gratias agens, vinum in sanguinem suum conuertit & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, &c. Item & apud Paul. 1. ad Corinths. 11. habetur: Ego enim accepi a Domino



Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam coenavit dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine; hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Deinde Apostolus Paul. 1. ad Tim. 5. scribens consultat, ut aquam non bibat, sed modico vino utatur propter stomachum & frequenter eius infirmitatem. Quare & merito damnata est hæresis Severi, à quo Severiani hæretici originem duxerunt, docentis, non licere vilo pacto bibere vinum, eo, quod fabulosa quadam vanitate (vt Augustin. air) dicebat de Sarana & terra geminasse vitem: Quam hæresim improbauit etiam Diuus Hieronymus (eam Vitiā non tribuens) in comment. super Prophetam Amos, interpretans illum Prophetam locum, Propinabitis Nazara-vinum, &c. Sed nullus ex illis, qui de hæretibus scripserunt, huic errorem tribuit alicui alteri, quam prædicto Severo, vt affirmat Alfonso à Castr. lib. 14. aduersus hæreses, c. de vino, col. mibi 987. vbi eam hæresim improbat, docens, nocere non solum animæ, sicut & quamlibet aliam, sed etiam corpori, vt locis sacra Scripturæ modo proxime citatis: quibus adde Psal. 103. Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, & Iudic. 9. dicitur: Vinum lætificat Deum & homines. Et & vina de per se sunt excellentiora omnibus aliis rebus, habentibus liquorem: & de laude vini scripsit Plato librum vnum. Cælius vero lib. antiquit. testion. 16. c. 64. multum laudat vinum ex dictis Æsculapij & Platonis; & de eius utilitate scribit lib. 7. cap. 32. & lib. 5. c. 22. & 34. cum pluribus aliis capitulis illius lib. Plinius etiam lib. 14. natur. 38. historiæ, multum etiam laudat vinum. Inter & vina autem illa præbat Schola Salernitana, quæ habent sequentia:

Vina probantur odore, sapore, nitore, colore. Et subdit:

Si bona vina capis, hæc quinque probantur in illis: Fortia formosa, fragrantia, fræida, friska, 39 De & vinis Balneis affirmat Callianus in catalogo gloria mundi, 12. part. considerat. & 4. vers. quis enim, fol. mibi 315. in toto orbe non reperiri meliora illis, & quod ad omnes partes mundi vehuntur propter eorum excellentiam, vt norunt etiam extera nationes, Angli, Flandrenses & alij, pro eorum singularitate, & quorum bonitas omnes bonorum bonitates superat. Sunt n. fortia, formosa, fragrantia, friska, in odorebus sumantia, in sapore delectabilia & suavia, in nitore limpidissima, in colore clarissima, & non spilla; quæ sunt signa ad probationem boni vini.

Sed & plurimæ alix provincix laudantur bono vino, quorum ipse ibi late meminit, inter quas & Tartaco in Hispania etiam vino claruit, & apud Græcos plura celebrantur, de quibus ibi. Ego profecto illa vina non gustavi, sed scio in nostra Hispania alia oppida excellentissimis vinis clarere, quæ vbiq; circumferuntur, atque hoc nomine insigniuntur, & præcipue inter alia, quæ omnino oppida de Robledillo, y Descargamata, Ciuita- tens. diacæsis, Sanmartin de Valdiguelsas, Toletana seu Abulenlis diacæsis, Ribadania in Gallæcia; habent enim omnes qualitates arguè bonitates supra enumeratas, si melius ac vetustius vinum ex illis partibus eligatur, vt omnes faciunt, qui ea norunt, & illud de Ribadania in longinquas partes per mare defertur, in Italiam nempe atque ad Indos, & in alias nationes, vbi putius, perfectius & subtilius fuitur.

41 Vina & spilla non adeo profunt morbis, sicut subtilia: & sicut subtile vinum multos spiritus procreat atque subtile, ita grossum grossos: vnde Schola Salernitana dicit:

Gignit & humores melius vinum motiores. Si fuerit nigrum, corpus tibi reddat pigrum. Vinum sit clarumque, vetus, subtile, manuum. Ac bene lympharum, saliens moderamine sumptum. Et & inquit Galenus, vinum paleum, siue album 42 esse melioris saporis & odoris quam cætera vina. Adde quod & vina mixta, si vetera sint atque subtilia, & 43 pote caloris ad canam indulgentia plerumque temperantur.

Vidimus hucusque mala ingentia ebrietatis, & plurima bona sobrietatis. Oportet igitur homines summo studio niti, vt sobrietati operam dent, quæ cibi viniq; optima moderatix est: Qui & enim ea cæcet, om- 44 nes alias virtutes, quas in se habuerit, obliuiscens redde- & ab omni humanitatis commercio excidisse videbitur, & cum bellis potus quam cum hominibus censendus erit: Sobrietas & enim virtus valetudinem no- 45 stram conseruat, corporis animaq; sensus ad vltimum vsque vitæ nostræ finem perducit integros atque incolumes. Qui & vero vino ciboque se immergit, solidi, 46 ignaui, obtusique sunt, atque longeui sunt, facile agrotant, difficiliter curantur, à corporis viribus animæque virtute quam primum desituntur, suntque deliri & omnibus contempti ludibrioque sunt, adeo, vt ne- 47 cessarij ad familiares omnes eis interitum optent. De & 47 Sociate refertur dicente, cibos omnes potusque vitandos esse, qui vltra suam famemve sedandam appetitum longius producerent. O Christianum consilium, in quamvis à Gentili præstitum! atque vitam vt bonum est, ita capereat.

Quod si in laicis ita reprehensibile crimen ac vitium ebrietatis & damnabile existimatur, in clericis, præcipue sacris ordinibus insigniis, multo turpius atque indecentissimum habetur. Quare & clerici in conuitiis 48 hunc modum seruare debent, nempe honestos ac sobrios in cibo & potu, & verbis se ostendere ac gerere debere, vt constat mirabiliter ex text. in cap. denique, 4. distinet. & fere pro totam 35. distinet. & 44. distinet. & honestati ita debent studere, & nec fabulas inanes 49 ibi referant, vt in cap. nullus, de consecratione, distinet. 5. & in cap. nullus, 22. quæst. 1. cap. clericum 32. distinet. & in cap. presbyteri, 4. distinet. nec alios ad bibendum cogere, vel se aliena pteatione ingurgitare, & neque eplan- 50 sus & risus & fabulas inanes ibi referre, vt per supradicta iura tenet Cosmas Guimier in pragm. sanctione Gallie. tit. de speccat. in Eccl. non faciend. in gloss. conuicia, fol. 159. pag. 2. Quinimo & Ecclesiasticos oportet viros in 51 conuersionibus faciorum Euangeliorum lectionem audire, vt constat ex cap. pro reuerti in, & cap. quando, 4. dist. cap. huius ergo, 23. distinet. Et & adeo in potu clericos 52 sobrios esse oportet, vt vltra trinum vicem bibere non debeant, vt in d. cap. quando, in fin. ibi; Et maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant, & Cosm. obi supra. Quinimo hoc clericus non feruans, peccat, Nauar. in Manual. Latin. cap. 15. num. 110. vers. 24. Hoc tamen & intelligendū est, quando appetitus naturalis vl- 53 tra non exigit, voluit enim temperate homines immoderatos, vt recenset Abb. in cap. a crapula, num. 2. de vita & honest. cleric.

Quare & sanctissime Innocent. I. I. Summus Pontifex 54 tific in Concilio generali Lateranensi (vt habetur in cap. a crapula, de vita & honestate cleric.) præcepit, vt omnes clerici à crapula & ebrietate diligenter abstineant: vnde & vinum sibi temperare, & se vino: neque ad bibendum quisquam inciteret: Cum ebrietas, & mentis inducat excessum & libidinis promouet incenitium: Vnde illum ab usum penitus decernit abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus a quales suo modo se obligant potiores, & ille, iudicio talium, plus laudatur, qui plures inebriat & calices fructuosiores exhaurit.

Inprimis

55 In primis & aduertendum est, crapulam dici, quantum ad superfluitatem ciborum, quasi cruda epala: ebrietas vero, quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod est sine & tria, quod est mensura, vnde ebrius est, qui sine mensura bibit, vnde Horatius:

Fœcundis calices, quem non fecere disertum? Tunc surgunt rixæ, tunc pauper cornua sumit. Ita declarant gloss. Abb. & cæteri in d. cap. a crapula, de vita & honest. cleric.

56 Secundo & est obseruandum, clericos debere vinum aqua temperate ad bibendum, vt patet ibi; Vinum sibi temperet: Itaque clerici potissimum vinum potantes, aqua dilutum bibere id debent: quod etiam constat ex Homero lib. 5. Odiss. cum Nympha Calypso Vlysem alloquens ita ait: Sed ego panem & aquam & vinum rubrum apponam placide, que à te famem repellant. Quod

57 adeo & procedit, vt clericus vinum purum bibens, peccet mortaliter, quia contra prohibitionem Concilij id facit: Nam in calice etiam ponitur de aqua, vt in cap. cum Marthe, de celebrat. Missarum, vt tenent Dd. secum- dum Abb. in d. cap. a crapula, num. 2. vbi limitat, nisi casus, id est, cum causa aliud faceret: Nam repetitur quædam vina minus potentia: Satis est enim, quod se temperent vino, vt sequitur in litera Co. iij. & dicitur se temperate vino, quando habetur respectus ad potentiam vini. Imo credit Abb. quod etiam non apponendo aquam vino, non peccet quis mortaliter, nisi assidue inebrietur, per text. in d. cap. vinum orarium, §. alias ea denum, 25. distinet. quem sequitur Armill. Aurea verb. ebrietas, num. 7. dicens, quod non peccet mortaliter contra faciens, nisi propter ebrietatem, vel si se periculo ebrietatis verifamiliter exponit.

58 Tercio, & est notandum text. in d. cap. a crapula, contra clericos, qui in conuiuio alios incitant vel inuitant ad bibendum, quod vltro nunc dicitur bindar, hoc namque clericis non licet, quibus hoc inhonestum ac indecens est, vt patet ex text. ibi; Neque ad bibendum quis incitetur.

59 Quarto, & denique ex eodem text. tollitur abusus, quo se potiores obligant ad æquales potus; Hoc namque maxime perniciosum est, quia, vt alios alienant à mente, se fortiores reddunt ad bibendum, & tantiquæ vicibus populum attingunt, vt se quoque in præcipitium reddant atque ludibrio omnibus se exhibeant, extrahentes se à recto hominum iudicio, à re- & itaque semita deuiantes.

60 Vt & ergo ab ebrietate se abstineant clerici, pœna contra eos antiquitus à Concil. Agathensi, de qua in e. fin. 35. dist. est inducitur, vt clericus, de quo fuisse ebrium constiterit, aut tringinta dierum spatio à communione submoueat, aut corporali supplicio subdatur: Quod intelligit Hostiens. in sum. tit. de tempor. ordin. 5. & cui, vers. pane autem, quando clericus semel ebrius fuit: secus si Episcopus, Presbyter vel Diaconus defuerit ebrietas, nam tunc, si non desinat, deponitur. Subdiaconus vero, vel inferior, siue clericus, siue laicus, si non desinat, communione priuatur, vt in cap. Episcopus, 35. distinet. vbi gloss. aut desinat, inquit; Non ergo pro quolibet delicto itam Episcopi debent terminare, vt vel excommunicati vel deponantur: Nam.

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit. Quam distinctionem Hostiens. refert & sequitur Bernard. Diaz de Luceo in sua præf. crim. Canon. cap. 7. ebrii, nu. 2. & Rebuff. in sua præf. de beneficiis, de cleric. ad sacros ordin. male gramor. gloss. 4. num. 8. pag. mibi 441. & Art. mill. Aurea verbo, ebrietas, num. 6. Petrus Placa lib. 1. de 6 delict. cap. 30. num. 4. illud & addens, quod sicut miles caelestis militæ, sic miles armatæ propter ebrietatem deponi potest ab omni militia, ex text. in l. omne delictum

§. per vinum, ff. de re milit. per quem text. idem prius tenet Abb. in d. cap. a crapula, num. 3. & ibi Dd. & idem sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 5. casu 404. num. 5. Et & pœna dicti Concilij Agathensis sic fuerunt distinctiue descriptæ, vt discretus iudex, quem huic virio deditum animaduertit, & quod à communicatione priuatur parui pendere, corporali potius supplicio castiget, secundum Bernard. Diaz vbi supra.

Sed & post hæc Innocent. III. in dicto concilio generali, relato in d. cap. a crapula, in vers. si quis autem, aliam pœnam statuit in clericis ebriis, in hæc verba: Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore communiter satisfecerit, & beneficio suspendatur: idem in Episcopo statutum in l. 36. tit. 5. part. 1. vbi Greg. Lop. citat præd. sex. & c. Episcopus, 35. dist. Vnde hodie non imponitur ita grauis pœna, sicut olim in Concilio Agathensi. Tandem gloss. vt in d. cap. a crapula, hoc superioris arbitrio relinquit, vt delinquentem suspendat ab officio vel beneficio: quam sequitur Menoch. vbi supra, nu. 4. & est communis secundum Abb. in proprio loco, num. 4. qui eam sequitur atq; defendit. Et & ex 64 text. in d. cap. a crapula, ipsi ius, pœna constat, non conuenit eidem in proposito distinctionem, quam ex Cardinali & alijs refert Menoch. vbi supra, num. 6. sed potius Concilio Agathensi, de quo supra, nempe iudicem in hoc non debere sequi putari voluntatem suam, sed debere obseruare transgredientium ordinem: Si quidem in maiocibus ordinibus collocati, excommunicati, non corporali pœna affici debent: Si vero adhuc est in minoribus, etiam pœna corporali pleci possit: debeat quoq; iudex considerare ordinem ætatis & honestatis: Nam senex vel nobilis, est adhuc in minoribus, sic, pœna corporali afficiendus non est: Vilius vero, etiam si sit in maioribus ordinibus, pœna corporali puniri poterit: Hæc namque ad Concilij Agathensis pœnas, quæ hodie cessare videntur, potius cõguedere, quàm ad nouissimas, de quibus in Concilio generali, quod habetur in d. cap. a crapula, videtur.

Secundo, & pro intellecta d. cap. a crapula, in d. vers. si quis autem, obseruandum erit, quod propter crapulam vel ebrietatem non debet clericus priuari beneficio nec etiam suspendi, si vult agere penitentiam: Hoc si quidem manifeste constat ex illo text. ibi; Nisi a superiore communiter satisfecerit: Ergo penitentia & emendatione vitæ subsequata, cessabit pœna depositionis ab officio & beneficio, & in terminis ita declarat Abb. ibid. num. 3. voluit idem Abb. in cap. si constiterit, num. 2. Anan. 10. Felin. num. 3. de accusat. Monitio & igitur Prælati præcedere debet pœnam prædictam ac re- incidencia in crimine ebrietatis post monitionem; ad quod summopere aduertant Prælati, non enim itam confuso de ebrietate assidua clerici, possunt eum suspendere ab officio vel beneficio, sed denum monere eum prius debent, quod si postea reinciderit clericus in idem crimine, tunc iuris ordine seruato, poterunt eum prædicta pœna officij vel beneficij suspensionis punire, prout sibi magis videbitur conueniente saluti spirituali delinquentis.

Insuper & prohibendum est clericis ingredi tabernæ, nisi peregrinationis vel itineris necessitate compulsi, in Concilio Laodicensi in 6. Synodo, & in Concilio Carthag. III. & in Concilio generali sub Innocent. III. celebrato, de quibus in c. non oportet, & in c. nulli clericorum, & in c. clericis, 44. dist. Sin c. clericis, de vita & honest. cleric. & ideo clericus ingrediens tabernam, peccat, secundum Nauar. in Manual. Latin. c. 25. nu. 110. vers. 24. Pœna autem & clericis frequentatis tabernam, si monitus non desinat, est, vt deponatur, vt tenet Felin. in d. c. si constiterit, nu. 2. de accusat. per text. in c. nulli, 44. dist. vbi quod eodem modo puniatur, si faceret se custodem tabernæ, hoc est, exerceret officium tabernarij, per text. in c. 1. de

X de



de vita & honeste cler. sequitur, loquens in Episcopo vel clericis (licet Felin. non referat.) Ioan. Bertach. in tract. de Episc. in 2. part. de cons. mater. de grad. & c. n. 20. vol. 2. tract. diuersi. D. in auig. Sed teuta prædicta pœna, nec alia cetera inuenitur imposita clericis frequentanti-  
 60 bus tabernam, ꝛ quia text. in d. cap. nulli, eiusque pœna loquitur in clericis habente tabernam vel ergasterium, de quo etiam loquitur d. elem. 1. de vita & honeste cler. Quod vero agit text. ille de ingressu tabernæ prohibito clericis, adducitur solum, vt à fortiori censetur prohibe-  
 70 tum eisdem habere tabernam aut ergasterium, arguendo de minori ad maius, in hunc modum: Si enim prohibitum est clericis ingredi tabernam, quanto magis aliis ministrare in ea? Pœna vero tantum est imposita ab illo text. maiori delicto, quod ibi ex professo prohibet, nempe clericis habentibus tabernam vel ergasterium, aliis ministrando in ea, non vero clericis ingredientibus in eam, de quibus ibi non agit, nisi incidenter & ad iustificandum prohibitionem maioris delicti, de quo prædixerat, vt clarissime constat ex litera illius text. Arguere autem in pœnis imponentis de maiori delicto ad minus non licet neque recta ratio id facit. Quare ꝛ re-  
 75 cētus existimauit Bernard. Diaz vbi supra, d. cap. 7. in 3. pœnis clericis ingredientibus tabernam illis canoni-  
 80 bus statutam non esse, vnde superioribus hoc videtur relictum, vt consideratis frequentatione actuum & personæ qualitate & videndum scandalo, ab ipsi puniri debeant, ibique merito improbat Bertachin. vbi supra, aliud existimantem: Sicur & reprehendi debet Felin. vbi supra, idem prius, quod Bertachin. opinatus ex eodem text. Superest igitur, vt pœna præfata depositionis clericis tantum exercentibus officium tabernarij, præcedente tamen monitione, remaneat imposita ex di-  
 71 ctiis iuris, non vero ingredientibus tabernam: & me-  
 72 rito ꝛ quidem in clericis tabernariis id statuitur: Quandoquidē tabernarij sunt de genere prædonum; l. 1. §. 1. di-  
 73 gētia nati. campan. & stabul. Alexand. in l. 1. in princ. Cod. de eden. Niconic. in cap. quoniam contra, num. 17. de probat. Cassan. in catal. gloria mundi, part. 1. consider. 46. vbi etiam multis ostendat, hospitalitatem esse rem valde deco-  
 74 ram, honestam ac officij plenam, ꝛ attamen quaestuaria hospitalitas, quam caponariam vocamus, illiberalis ac fordidam admodum est; idem probat Menoch. de arbit. iudic. d. lib. 2. cent. 5. casu 111. num. 1. & 2.  
 75 Clerici ꝛ tamen possunt habere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo ipsi non exer-  
 76 ceat tabernam vel vendant vinum, sed alter: Ita tenent Ioannes Andr. Dominie. & Philip. Franc. in cap. vic. de vita & honeste cler. in 6. quos refert & sequitur Celsar. Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 2. 1. part. quæst. 9. art. 26. n. 4. fol. 100. col. 4.  
 77 Sed ꝛ contra superiora omnia de clericis ingredientibus tabernam, imo quod beneficio priuari possint, videtur text. in cap. si consistorio, de accusat. vbi: Et quod in taberna pernoctauerit, & c. Sed ille textus minime supradictis contradicit; Ibi namque non solum mandatur inquit de ebrietate, sed quod celebrauerit non facta digestionē. Primum enim de per se non sufficit, quia, vt prædiximus, ebrietas si rara est, non est peccatum morale, sed veniale tantum, nisi in casu, de quo supra: Quare porus probatur ibi, solum delictum ebrietatis non esse beneficij priuationem dignum, vt aduertunt & notant in proprio loco Doctores communiter, præcipue Abb. num. 3. & Felin. 2. nec etiam secundum solum de per se sufficit ad priuationem beneficij, nempe, quod clericus nulla præmissa dormitione celebrauerit: Nam etsi ex illo textu Atrein, ibi  
 78 in 3. notabil. deduxerit, beneficio priuandum esse, qui post cibum sumptum, non præmissa dormitio-  
 79 nis, celebrauerit, à quo sensu non dissentit Hostiensis,

in sum. de consecratione Ecclesie vel Altar. versic. & qua-  
 80 liter ieiunio, & Cardinal. in cap. ex parte, quæst. 4. de cele-  
 81 brat. Missarum, Felin. in d. cap. si consistorio, in 3. notabil. & ibi Anan. num. 1. & Bero. alios referens dec. 4. num. 1. veteri tamen est, neque intrare tabernam, neque celebra-  
 82 re, dormitione non præmissa, fuisse ibi causam priuationis; sed vera causa fuit, quia ebrius celebrauerit, quod præsumitur, quia per totam noctem stetit in potatione, & mane in continenti celebrauerit, & sic præsumitur non ieiunus, vt patet ex illis verbis; Et quod in taberna pernoctauerit, ita quod altera die, nulla præmissa dormitione, Massam cantasset: Ita textum illum intelligit ibi Hostiensis & Abb. num. 1. 4. post Ioannem Andream, quos sequitur Bernardus Diaz in tract. crimin. c. 19. num. 2. & Menoch. vbi supra, casu 406. num. 5. quamuis secundum omnes, absque dubio in prædicto casu, dato, quod non esset ieiunus, Christi corpus consecrat.  
 83 Qui ꝛ autem post cibum & potum, etiam mini-  
 84 mum, diuina celebrauerit, excommunicationi subiace-  
 85 bit, vt in Concilio Toletano VII. in can. 2. quem reulit Gratian. in cap. nihil, in §. nulla post cibum, 7. quæst. 1. & quamuis Concilium Sacramente 2. can. 10. fecerit animaduertit, disponens, quod clericus, in hoc delinquens, continuo ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo, esset nimis rigidum fecerat hodie Concilium illud Braccarense. Quare ꝛ iudex, attenta  
 86 persona & excessus qualitate & facti publicitate, pœna carceris aut suspensionis in delinquentem huiusmodi poterit animaduertere, secundum Bernard. Diaz d. cap. 29. numero 2. ad fin. quem sequitur Menoch. d. casu 406. num. 5. In ꝛ necessitate tamen, imminente mortis  
 77 riculo, licet poterit Sacramentum Eucharistiæ post alios cibos sumi, non tamen consecrari, vt est prædictum, idque indubium, & tenet vtriusque Ecclesiæ & omnes Doctores, secundum summam Victorie de Eucharistia, dub. 82. & cum aliis tenet Boët. d. dec. 4. num. 2. & Menoch. vbi supra, num. 6. Nauar. in Manual. Latin. cap. 2. 1. num. 53.  
 88 Illud ꝛ tamen circa prædicta remanet aduertendum, quod somnus non est de substantia digestionis, vt quis dicatur ieiunus, sed satis est, quod sit perfecta digestio, ad hoc, vt clericus celebrare possit sine dormitione; Nam ille in proposito dicitur ieiunus, qui perfectè digestionem, vt in cap. sacramenta, de consecrat. dist. 1. secundum Abb. in d. c. si consistorio, n. 14. aduersus gloss. ibi, in verb. dormitione, quæ relata ad rex. videtur sentire, quod dormitio sit de substantia digestionis ad celebrandum. Sed opinionem Abb. sequitur Bernard. Diaz d. cap. 29. numero 3. vbi refert Cardinal. in d. cap. ex parte, dicentem, sufficere digestionem, secundum qualitatem cibi sumpti, & quod secundum Physicos digestio perficitur in septem horis: Ipse tamen Bernard. credit, quod istæ septem horæ computandæ sint ab hora duodecima medie noctis: Quia alias, qui cenasset hora prima vel secunda post duodecimam, non poterit celebrare, etiam in vndecima ante meridiem, quia licet cibum sit digestus, ille tamen non dicitur illa die ieiunus, usque verissimum putato. Adde idem esse in quacunque comestione vel potu post duodecimam horam noctis, vt tenet Nauar. vbi supra, resolvens, quod qui prope mediam noctem cenat, ante tamen duodecimam horam, quamuis postea non dormiat nec digerat, poterit communicare & celebrare iuxta communem, quam ibi refert & tenet, licet aliqui contrarium teneant, per d. c. si consistorio, qui tamen text. id non probat, vt prædiximus.  
 79 Pœna ꝛ autem eorum, qui per ebrietatem aut voracitatem Eucharistiæ enuntiat, ea est; Episcoporum nempe, vt nonaginta diebus peniteant, alij vero clerici septuaginta; laicus quadraginta vt in c. si quis per ebrietatem, de consecrat. dist. 11. vbi Cardin. de Turrecrematarum

quem sequitur Bernard. Diaz in sua præct. crimin. can. cap. 36. vbi huius pœne rationem scribit, nempe, quia secundum veterem & securiorem opinionem, quam diu species Sacramentales suum esse retinet, sub illis continetur Christi Saluatoris nostri corpus inseparabiliter, quocirca ipsum corpus Christi eicitur per vomitum cœlestis specieb; & ibi quid sit faciendum tunc de illis; Cum autem text. ille non aperiat qualitate penitentia, quæ debet fieri in illis diebus, videtur relicta arbitrio iudicis, secundum Bernard. Diaz vbi supra quem sequitur Menoch. vbi supra, cas. 405. num. 3.  
 80 Sed ꝛ est alia pœna ebrietatis; Nam inebriati consuetus minime poterit sacris ordinibus initiari, iuxta doctrinam Apolliticam: Oportet vnus uxoris virum esse ordinandum & c. vbi & quod sit sobrius, qui ordinandus est, non violentus; quod non femel, sed de frequenter vino repleto intelligi debet. Vnde etiam in canonicis Apostolorum legitur, quod Diaconus, Presbyter & Episcopus, ebrietatis & alæ deservientes, nisi desierint, communionem priuentur, vt in sum. & in cap. Episcopus aut Presbyter, 35. dist. Ex quibus iuribus, in tenuis hanc sententiam probatur Rebuff. in practi. benefic. in tit. de cleric. ad sacros ordines male promot. gl. 4. num. 8. pag. mihi 440. in fin. & Pet. Placa in epis. de delict. lib. 1. cap. 30. num. 4. versic. idem professus, & Ignatius Salced. in ad. ad. cap. 71. tract. crim. Bernard. Diaz, Ripa in l. fin. quæst. 2. 2. num. 76. in fin. c. de reuoc. donat.  
 81 Nec ꝛ tamen debet esse quis omnino abstemijs, vinumque non bibit; Is siquidem, ex quo horret, postea euonere Sacramentum, ac proinde ad Sacrodotium promouendus minime est, arg. text. in cap. si quis propter negligenciam, de consecrat. dist. 1. tenet gloss. in cap. ipsi Apostoli, gloss. magn. iuxta med. 2. quæst. 7. Abb. in cap. ex parte, num. 1. de celebrat. Missarum. Bontus Anton. de irregularitat. cap. 5. n. 4. vol. 16. tract. fol. 79. in antiq. Placa & Salced. vbi supra, citantes in idem Ioan. Sayson. in consuet. Turon. cap. de vici, art. 1. fol. 239. et communiter approbata gloss. illa secundum Præposit. vt refert & sequitur Franc. Bec. consil. 61. nu. 1. vbi ampliat aliquibus modis.  
 82 Superest ꝛ modo, vt videamus; An si aliquis excessus inebrietas, committat homicidium debeatur pœna ordinaria condemnari? Et videtur ea puniendum esse, quia de-  
 83 linquens ꝛ per ebrietatem, est lata culpa, vt tenet Bald. in l. data opera, col. 2. n. 5. in fin. c. de his qui accusari non poss. & ex adductis per Greg. Lop. in l. 5. tit. 8. in gloss. embriagasse, in fin. part. 7. sed in delictis dolus & lata culpa equiparantur respectu punitionis, licet non in tantum puniatur culpa vt dolus, vt tenet gloss. iuncto text. in l. in lege Cornelia, verb. culpa, ff. ad leg. Cornel. de sicar. Bart. & 84 alij in l. 1. n. 3. ff. de legib. Et ꝛ hinc quidam Pythagoricus legem statuit, quod ebrijs si percuterent, plus punirent quam sobrijs, quia plures iniuriarum, secundum Philosophum, 2. Politic. ad fin. tom. 5. cuius meminit S. Thom. 2. 2. quæst. 115. artic. ult. & inquit idem Aristot. 3. Ethic. cap. 5. Ebrijs duplices pœnæ infliguntur sunt; Nam, vt Eustratius tradit, Pithacus, vnus ex septem sapientibus, ebrio delinquenti duplicem pœnam infligendam esse constituit: alteram propter ebrietatem, alteram vero propter crimen in ebrietate commissum, vtraque; vero pœna ratione ebrietatis; & Pithacus Mytilenens te-  
 85 mulentus, si quis deliquisset, duplici pœna puniri curauit, vt formidine supplicij à vino promissus abstinent, vt cum Alexan. ab Alexand. Laertio & Tiraquell. de penis temper. consil. 6. num. 9. refert Malcard. de probat. conclus. 579. num. 3. His ꝛ tamen non obstantibus, vera ac receptissima sententia inter nostrates est, quod huiusmodi ebrius delinquens ebrietate graui, non vero leui, probata, quæ inducat mentis alienationem, non sit puniendus pœna ordinaria, sed mitiori, quia ebrietas tollit dolam in delicto, non vero culpam; vnde non

excusat in totum à pœna, sed minuit illam, iuxta gloss. in cap. sane, 15. quæst. 1. & gloss. in l. 1. verbo simulentia, c. si quis Imperat. maledix. quibus suffragatur text. in cap. inebriauerunt, & in d. cap. sane, 15. quæst. 1. vbi probatur, ebrium delinquentem in ipsa ebrietate, non esse à culpa omnino liberum, nec à pœna, quia saltem ex ebrietate vitium contraxit culpamque commisit, vt contingit in Loth incestum committente cum filiabus proprijs ab ipsi inebriato: peccauit namq; in ipsa ebrietate, non vero in incestu, vt in d. cap. inebriauerunt, & citat plures itatenentes Villegas in 2. part. Flor. Sancto cap. 2. de Loth Patriarcha: probat etiam text. in l. respiciendum, §. delinquent, versic. impetr. ff. de pen. & ibi notat Alber. post Odrad. quem refert in princ. & Bart. num. 3. & illum text. ad hoc singularem dicit Bald. in d. cap. à crapula, num. 3. de vita & honeste cler. text. etiam optimus in l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit. vbi inquit text. Per vinum aut lasciuam lapsi capitalis pœna remittenda est, & miseria immutatio irroganda est; & ibi notat Alber. & Rot. in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. Ex ꝛ quibus auctoribus deducitur, ebrium non puniri propter culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius ebrietatis causam: tamen teneat Cardin. Alex. in cap. denique, 4. dist. Abbas. cap. vnico, de maled. & in cap. sic nobis, de testib. & ibi Dd Rip. in l. fin. quæst. 2. 2. nu. 79. vers. quarto, c. de reuoc. donat. Tiraq. vbi supra, d. caus. 6. & hanc resolutionem sequitur plures allegans Anr. Gom. 3. tom. 1. de delict. nu. 73. & Ande. part. c. 16. part. 1. 6. Lud. Carver. in sua præct. crimin. d. de homic. §. 6. n. 22. D. Conar. in l. c. de his qui accusari non poss. nu. 3. & infinitos referens Placa de delict. lib. 1. c. 30. nu. 2. versic. ceterum, vbi dicit communem, & quod grauis ebrietas requiratur & non sufficiat leuis; & Pet. Duen. in reg. 2. 6. ampliat. 4. & restatur communem plures referens Mench. controuer. illustrat. c. 96. num. 3. 1. & Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 60. versic. prater ea quæro, & Alfonso. à Caltio lib. 2. de potest. 1. part. c. 1. versic. prima principalis conclusio, col. mihi 1896. in fin. vbi quod omnes Iustipertiti ita docent, & Menoch. amplians & limitans de arbit. cent. 4. cas. 326. per tot. & vniuersimè Mascari. vbi supra, n. 3. & ꝛ hæc sententia hodie expresse iure Regio probata est 87 in l. 5. tit. 8. part. 7. in vers. o saluam, vbi inquit lex pœnæ exilij in quinquenarium in insulam impendendam esse huiusmodi homicidæ & similibus, de quibus ibi. Et quod ꝛ superiora procedant in penitus ebrio, secus in 88 exhilarato seu gaudente, quia modica ebrietas non excusat neq; minuit delictum, cum alijs probat Ripa vbi supra, nu. 79. in prin. vbi alijs duobus modis limitat: vno, nempe ꝛ in eo, qui malitiose se inebriauit, vt excusare-  
 89 tur à delicto, quod prius deliberauerat committere: alio ꝛ in eo, qui post cessatam ebrietatem gloriatur de  
 90 delicto; Nā ex tathabitione suble quata apparet, quæ eodem modo deliquisset, si non fuisset ebrius, & ideo merito puniendus pœna ordinaria delicti, vt ibi bene probat.  
 91 Rursus ꝛ limitanda etiam quibusdam modis limitat: su-  
 92 prædicta communis resolutio insolito manus ad arma impelleret hominesq; percutere cum inebriatus; tunc enim videtur, quod ordinaria pœna hic puniendus sit: Ita tenent Marian. Socin. in repet. c. ad audientiam, nu. 15. de homic. Angel. Arret. in tract. malef. in verb. scienter & dolose, num. 7. Lud. Montal. de reprobent. Pilati, dub. 1. num. 4. Petr. Duen. in reg. 2. 59. ampliat. 4. Sed adhuc in hoc casu tenendam esse communem supradictam sententiam existimo, nempe, vt in ea specie non pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria imponenda sit ex d. l. Regia Paritæ, nam in versic. preced. expresse dicitur: Que si aliquis ome ouisse accubitrando de se lenantur dormiendo, e tomaz cuchillo, o armas para ferir, e sabiendo su costumbre mala, no aperciuisse della a aquellos que durmiesen en vn lugar, que se guardassen, e mata se alguno dellos, o si alguno no se embriagasse, & c. per tales ocasiones, e per otras seme-  
 93 jantes,



*janer, deuen ser de servados, & de praxidimus.* Ecce ergo quomodo dormienti occidit aliquem, quamvis solitus esset ante manus ad arma iniicere dormiens, non imponitur pena ordinaria, sed extraordinaria exsilij. Quod iure communi etiam probatur multi, quos refert Placa de delict. lib. 1. c. 5. n. 3. Ergo idem censendum est, voluisse atque statuisse legem illam in ebrio; Quandoquidem statim casum ebrietatis ponit & utrumque sub vna determinatione comprehendit quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariter metere debet determinate, *nam hoc inoff. de vulg. & pupil. subst. l. hereditatem, c. de impub. & aliis subst. cum sim. l.* Præterea licet scienter quis se ebrium faceret, non tamen inde est capienda pars sinistra suspicio & coniectura, vt dolus ipsius ad homicidium vsque se porrigeret, tamen culpabilis in eo fit; & ita merito aduersus supradictos ex dicta lege Regia contra supradictam limitationem tenet Menchac. *vbi supra, d. n. 3. l. ad fin.*

92 Ad irregularitatem tamen incurendam sufficeret prædicta consuetudo delinquendi in ebrietate, vt ita tunc diceremus. Probet tamen præcedens limitatio saluari, quoties sciens ebrietatem provenire ex potatione vini, vt occideret quendam, se consulto inebriavit, quia tunc occidendo, pena ordinaria puniri debet, secundum Plac. *vbi supra, d. n. 2.* qui ad hoc allegat Cardin. *in clem. vnic. q. 8. de homic. sed Card. ibi hoc non dicit, sed loquitur simpliciter in ebrio, & inquit, quæ nō excusatur a delicto quantum inebriatus puniatur, & sic loquitur in casu communis resolutionis supra posita, non vero in specie, de qua nunc agimus, & sic de limitatione eiusdem communis: Nihilominus præfata limitatio vera est, & à fortiori hoc casu irregularitatis contrahitur, vt infra dicemus. Si tamen aliquis absque eius culpa, dolo tamen alterius inebriatus esset, idque manifeste constaret, crederem nulla pena ob homicidium sic in ebrietate commissum ipsum esse plendum, quia cessat iam ratio communis supradictæ sententiæ, nempe, quia non habuit vllam culpam in se inebriando, quod in irregularitate, vt in hac specie, nulla contrahatur, etiam dicendum est infra: Quare idem in alia pena existimo, vt in terminis tenet Petrus Duen. *vbi supra, & sic in ebrietate omnino inculpabili, veluti, si ex malicia occulta ipsius vini, vel ex cibi cuiuspiam consensione, data ignorantia illius virtutis, & in similibus spicibus idem iure ciuili, canonico & poli, tenet Mench. vbi supra, lib. 1. c. 19. n. 10.* Ex t. supradictis videtur necessario inferendum, ebrium penitus, qui durante ebrietate hominem occidit, effici ac esse irregularem; Quandoquidem ebrietas, quamvis excuset à dolo, non tamen à culpa, ex qua arbitrarie puniendus est, quia saltem ex ebrietate vitium contraxit culpamque commissit, quæ sufficit ad irregularitatem contrahendam, sicut in causali homicidio manifestum est. Deinde pro hac parte faciunt d. cap. sane, & cap. inebriauerunt, 15. quest. 1. & d. l. respiciendum, §. de delinquent. ff. de panis. Præterea, quia si Papa aliud voluisset, expressisset in clem. vnic. de homicid. sicut expressit in dormiente & infante: Cum igitur hoc non fecerit, credendum est, voluisse ebrium prædictum homicidium committentem contrahere irregularitatem; & in terminis irregularitatis opinionem hanc expresse tenent ac probant Zenzelin. Cardin. numero 9. & Imol. in clem. si furiosus, de homicid. quos sequitur Gonsalu. de Villadieg. de irregulari. cap. de percussor. col. 11. Syluest. in sum. verbo, homicidium, 3. n. 6. in fin. Ricard. in 4. distinct. 15. & ibi Thom. hoc tenent, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra mortales: & est communis opinio secundum Nauar. in Manual. c. 27. n. 230. dicerentur Zenzelin. *vbi supra*, esse communiter receptum per supradictos, quamuis ipse contrarium probet, vt infra dicemus.*

Sed his non obstantibus, contraria sententia est ve-

rior & tenenda, imo quod omnino ebrius, etiam culpa sua, occidens hominem durante tempore ebrietatis, nihilominus irregularitatem non incurat. Primo, quia ebrius furiosus similis est, vt in cap. venter, 35. distinct. sed furiosus non est irregularis, vt in d. clem. si furiosus. Ergo nec ebrius, non obstat, si replices, quod ebrius sua culpa priuatus est vsu rationis, furiosus autem absque culpa vsu rationis caret: Nam t. potest etiam accedere, quod quis sua culpa furiosus fieret, vt probatur in cap. si quis insanians, 15. quest. 1. & tamen adhuc non erit irregularis, vt in d. clem. si furiosus, dum generaliter & indistincte id probat, & ibi Cardin. *in quest. 6. num. 8. id tenet & late coniectatur Alphonsus à Castro vbi supra, & etiam tenet Nauar. vbi supra*, post glossam in dicto cap. si quis insanians. Præterea t. idem argumen- tum currit in dormiente, quia sicut ebrius mediate & remote voluit occidere, dum voluit inebriari, ita etiam potest contingere, vt quis vigilans adeo vehementer irascatur contra alium, vt illum occidere aggrediator, quamvis facere non possit, & hac necis cupiditate affectus dormiat, & postea plene soporatus somniet ea, quæ in vigilia acciderunt, & hac phantasia motus surgat adhuc dormiens, & capiat ensem accedatque ad lectum, in quo alius dormit illumque occidat, si hoc contigisset, provt refert clem. si Petrus à Palude in 4. distinct. 32. quest. 1. art. 3. mediate procedit illa mors à libera voluntate, quæ fuit in vigilia: Nam ex illa vehementi volitione aucta est imaginatio sensus, & creuit appetitus sensualitatis: & nihilominus adhuc hoc casu non esset irregularis huiusmodi delinquens, ex generalitate d. clem. vt late comprobatur iuris rationibus Alphonsus à Castro *vbi supra*, aduersus Paludan. præcitatum, contrarium libentissime profertentem; & est communis sententia, vt alios referens cum Castro testatur, cum sequutus Placa de delictis, lib. 1. cap. 3. n. 6. quo in capite alia de dormiente tradit. Ergo neque huiusmodi ebrius. Secundo pro hac eadem parte facit, quia necessarium est operationes illas, propter quas est infligenda irregularitas, esse humanas, hoc est, factas ab homine habente vsum rationis, quia alias infans & furiosus ac dormiens, possent in huiusmodi irregularitatem incidere: cuius contrarium manifestissime est definitum in illa clem. si furiosus. Tercio eadem sententia probatur, quoniam ebrius, etiam si culpa sua inebriatur, illa culpa non est causæ proxima, immediata neque libera illius occisionis, sed mediata & remota; Ergo homicidium non oritur proxime nec immediate ab illa culpa, sed ab ebrietate; nec à causâ libera, sed à causâ naturali, hoc est, ab ipsa ebrietate: causâ t. autem occisionis ad hoc, vt operetur irregularitatem, oportet esse propinquam & immediatam iuxta text. in cap. de occidenda, 23. quest. 5. & in cap. de cetero, de homicid. & ibi gloss. & Abb. in cap. quia diuersitatem, per text. ibi in argumentum, num. 11. & 13. de concess. prebend. & Nauar. *vbi supra, n. 220.* & quamuis D. Couar. in clem. si furiosus, de homicid. 2. part. §. 4. num. 9. existimat, non esse semper ad hoc necessariam causam immediatam aut propinquam, sed sufficere aliam, modo sit non admodum, vel omnino remota, quod bonus vir arbitratu: hic tamen valde remota est ebrietas ab homicidio, cum ad id non fit accepta, sed omnimodo volita causâ delectationis, sa potis ac suauitatis. Quatto, t. eadem pars comprobatur quia in homicidio ab ebrio commissio tres actus considerandi sunt. Primus ipsa potatio: secundus, ebrietas: tertius, hominis occisio. In primum fertur voluntas directe, nempe, quia ebrius voluit vinum bibere immediate: In secundum fertur voluntas indirectè & per accidens, vt docet Sanctus Thomas 1. 2. quest. 76. In tertium, hoc est, in ipsam hominis occisionem, neque per se neque per accidens voluntas fertur; alioqui si adhuc indire-

cte fuisset, voluntarius actus contingens in ipsa ebrietate, imputaretur ebrio; cuius contrarium probatur in d. c. inebriauerunt, & in d. c. sane, vt infra dicemus: quibus & aliis iuridicis fundamentis hæc secund. pars factis probata remanet ac roboratur potest aduersus priorem, & eam voluit Abb. in d. c. quia diuersitatem, n. 11. & 13. de concess. preb. per text. ibi, cui libentissime se subscribit, latissime eam defendens ac probans Alphon. à Castro, *dict. lib. 2. de preb. leg. penal. c. 14. vers. prima principalis conclusio*, ibi: Ex quo inferitur, & c. Bonifac. & Vitalinis in d. Clem. unica n. 26. de homicid. & ibi D. Cou. in initio 3. par. n. 3. & 4. & Pet. Placa in epis. de delict. lib. 1. c. 30. n. 5. vtra quos eandem sententiam Abb. expresse sequitur, dicens sibi magis placere contra Ricard. Angel. de Clauasio in sua summ. verb. ebrietas, n. 1. & Armilla aurea eodem verb. n. 8. & Nauar. in man. d. c. 27. n. 230. loquens in omnino ebrio extra iudicium posito, in qua specie hanc questionem nos quoque intelligimus eandem opinionem sequitur etiam Petrus à Nauarra nouissime lib. 2. de restitut. 1. n. 74. & 75. quate potius ex numero auctorum maiori potest hæc appellari communis opinio, vel saltem est magis communis, quandoquidem plures eam sequuntur: Nam Nauar. contrariam appellauit communiem, ex eo, quod eam sequitur sine Zenzelin. Cardin. Imol. Gonsalu. de Villadieg. Syluester *vbi supra*, cum tamen numero plures, & dignitate non minores nostram hanc secundam teneant atque sequantur, & demum optimis iuris fundamentis & rationibus sic saluta ac proinde tenenda, intelligendo eam semper in illo, qui penitus erat ebrius, quando homicidium perpetravit, alias secus, arguente supra traditorum n. 85. cum seqq. & infra n. 112.

99 Superest vt t. respondeamus fundamentis contrarie partis. Et quidem non obstat d. c. sane 15. q. 1. vbi inquit D. Ambrosius; Apud sapientes indices veniam dari hinc, qui per vinum delincent, & de sola lenitate illor. damna dicitur, & ibi gloss. interpretatur etiam dari, quia minori pena puniuntur, quam si ex certa scientia fecissent: quia respertio, quod potius ex hoc sequi videtur, illos non debere puniri pena irregularitatis, quam contrarium.

Non etiam obstat cap. inebriauerunt, eadem causâ & quest. cuius licet sumpta est à Dno Augustino lib. 2. contra Faustum Manichæum c. 44. & ita se habet: Inebriauerunt t. Loth filius eius; & se nescienti miserunt, quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille inebriatus, sed quantum illa ebrietas meretur. Quoniam respondemus, text. illum contrariam sententiam non probare, sed imo nostræ fuisse; Nam si Loth inebriatus à filiabus suis, cum eisdem coitus non est culpandus quantum ad incestum, sed quantum ad ebrietatem, hoc non aliunde euenire potest, nisi quia ille coitus fuit extra vsu rationis habitus, & non fuit plene liber neque à voluntate proxime & immediate imperatus; ex quo sequitur, illum coitum non fuisse voluntariū in se, sed solum in sua causâ, videlicet ebrietatis, à qua fuit causatus; quæ t. autem non sunt voluntaria per se & ratione sua, sed per accidens, ratione suæ causæ, non sumunt illam bonitatis aut malitiae denominationem, quæ illis conuenirent, si essent in seipsis voluntaria, sed illam, quæ conuenit causæ, in qua dicuntur esse volita: cui sententiæ consonat B. Bonaueruta in 2. sententiarum distinct. 22. q. 3. art. 1. vbi ait, nec t. furiosum neq; ebrium, quamuis vterq; illorum sit sua culpa vsu rationis priuatus, posse committere nouam culpam, sed omne malum, quod durante furia aut ebrietate factum fuerit, dicit esse circumstantiam, quæ aggrauat ebrietatis aut furie peccatum. Eiusdem sententiæ fuit S. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. & Caiet. ibi q. 76. art. 4. & Anton. à Cordub. in suo questionar. lib. 2. de ignorant. q. 18. pag. 98. vers. ex supra. infer-

tur. Ex quibus constat, coitum Loth non esse incestum dicendum, sed ebrietatis circumstantiam illam aggrauantem. Eodem modo idem dicendum est in ebrio alium occidente; Nam talis operatio non esset nomine homicidij culpanda, sicut neque fornicatio Loth nomine incestus, sed diceretur euentus post ebrietatem sequens, & circumstantia ebrietatis illam aggrauans, sicque necessario sequitur, quod non fit irregularitas id enim oportet præcelsisse operationem, quæ vere dicitur homicidium, vt late probat Cast. *vbi supra*, ex quibus articuli huius veritas manifeste & ad oculum illustratur atque radicitus enucleatur. Non etiam obstat d. l. respiciendum, §. delinquent, quia et si ebrius illud faciendo impero delinqueret, non tamen ea specie delicti, qua delinqueret, si oblique ebrietate & ignorantia deliquisset.

Iuxta hunc modum est etiam intelligendum, quod supra ex Aristor. adduximus, ebriis duplices penas esse institutas, alteram propter ebrietatem, & alteram propter crimen in ebrietate commissum: Ea namque, quæ propter crimen iniicitur, mitior esse debet, quam si crimen absque ebrietate committeretur; secunda siquidem pena adijcitur ob circumstantiam delicti in ebrietate commissi provenientem, quæ circumstantia ipsam ebrietatem aggruat, vt supra ex Bonaueruta adnotauimus. Quinimo, vt supra cum communi doctorum sententia retoluimus, ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commissi in ebrietate, sed propter ipsam ebrietatis causam. Itaque licet secundum Aristor. duplex pena sit imposta ebrio pro delicto ab eo in ebrietate commisso: altera propter ebrietatem, altera propter crimen, vtraque tamen ex culpa ab ebrietate commissa originem trahit, & ob eam dupliciter punitur sequuto crimine: sed apud nos, vt vidimus, mitius punitur, ac si extra ebrietatem delictum commississet, & sic defectur in hoc ebriati, quamuis non omnino, pena siquidem extraordinaria exsilij puniendus est.

Limitatur modo t. primo nostra isthæc sententia tenenda, si ille hac intentione inebriatur, vt hominem illum occideret; tunc enim homicidium iam esse voluntarium & non per accidens, ac perinde erit irregularis, ac si sobrius occidisset; vt cum gl. in eod. cetero, de homicid. tenet in terminis Angel. de Clauasio, *vbi supra*, & sequuntur Cast. *vbi supra*, & Ludou. Carrer. etiam *vbi supra*, §. 6. n. 23. & D. Cou. etiam *vbi supra*, n. 3. & Pet. Placa *vbi supra*, n. 5. idque est verissimum, & sine dubio.

Secundo t. limitatur, vt non procedat, quando ebrius 105 consecruisset in ebrietate ama fumere & homines percutere atque offendere, tunc enim per potationem immoderatam operam dat rei illicite, directe ad homicidium, idcirco irregularis erit censendus, vt in hac specie notat Socin. in c. ad audientiam, n. 35. de homicid. provt eum refert & sequitur Placa *vbi supra*, §. sequitur etiam eandem limitationem Nauar. *vbi supra*, n. 230. & Petrus à Nauar. *vbi supra*.

Cæterum si t. absq; eius culpa, dolo quidem alterius, 106 inebriatus alterum quis occiderit, proculdubio irregularis non erit; Quandoquidem, neque vlla pena plendum sit, vt prædiximus; & in terminis tenet Marian. Socin. in d. c. ad audientiam, n. 15. de homicid. provt eum refertur & sequuntur D. Couar. *vbi supra*, n. 3. & Petrus Placa, *supra citatus* n. 5.

Vltimo ex t. superioribus probanda venit sententia 107 Hentic. in c. dilectus, de sponsal. tenentis, matrimonium ab ebrio minime contrahi posse ob consensum defectum, si ebrietas illum consensum impediatur, quem sequuntur Socin. *consil.* 47. vol. 3. Decius *consil.* 112. Rip. in l. fin. quest. 22. n. 76. C. de renouand. donatio. Cou. in 4. de sponsal. 2. p. c. 2. n. 9. & Armilla aurea in summa, verb. ebrietas, n. etiam 9. licet t. matrimonium à furioso contractum 108 nullum est ob defectum consensu, vt in dict. c. dilectus